

258
I O. C O R N E L I V S
D U X X C V I.


*Electus die 16. Maii Ann. 1624. obiit die 23. Decemb.
Ann. 1629.*

EPIGRAPHE ANTIQVA.

*Vallem Tellinam meâ operâ liberam reddidi. Frenavi externorum audaciam
Mantuam iurvi armis, pecuniis, commeatu. Reflanti fortunæ restiti, & flatum
extremum emisi.*



XCVI.



Utrorum scandit Io: Cornelius, de purpura, vel diademate nulli debitor; cum absque ambitu per omnes Reipublicæ gradus ad Thronum ascenderit semper invitus. Veronæ fidelis, Bellicosæ Brixix, Docti Patavii moderatus habenas, fasces tandem stringit sed quali officii, non Regni, licet ex eâ familiâ, quæ Patriæ terrena contulit Regna; morum innocentia prænsans cœlestia. Refractoriis civibus, & malè parentibus nil maius minari sciens, quàm se se abiturum è Regno; ad vulnera venit, solum cum surrepentibus vitiis Georgii Fratelli, in tyrannidem versa esset Insula Crætæ, cæsoque Divina providentiâ tyranno, libertatem Insulæ restituit, Insulam